

Q. R. 156. (35)

III, 188



de Vicariatu S. R. J.

D. JOH. CHRIST.
 SCHELLE
 MORALIVM ET POLITICÆ P. P.
 LECTIONES
 SUAS
 AESTIVALES
 HUMANISSIME
 INTIMAT.



X 300 2273

H. ...





Ugemus nunc per Germaniam omnem Divi Josephi Imperatoris præmaturum obitum. Venerabamur verè boai principis indolem, his temporibus defideratissimam. Inprimis etiam præsens insolens Rerum patriarum status, periculosiorum atque difficiliorem illam reddidit mortem. Electio novi Imperatoris instituenda; sciat vero regulariter electiones regias comitari solent litium & dissidiorum nubes, ita nunc etiam emulationum & collisionum materiam fortassis non plane deerunt. Sunt quidam Politici, quibus videtur Status Germaniæ Systematicus, ubi singuli Ordines Territorii suis modo independente præsunt, sine Cæsare felicissimè consistere posse, dummodo Comitiæ benè operentur, Judicia Imperii publica sint efficacia, & laxo nimis Territoriorum Germanicorum nexui, per accurata expressæque Statuta Systematica, uti alibi in regularibus Rerum Publicarum Systematibus fieri sœvit, modus ponatur. Alii existimant, è re Germaniæ fore, ubi hæreditario jure in certam familiam, omne per Germaniam transferatur Imperium. Alii judicant, Jus electivum salutariter supermanere Electoribus, hos vero insigniter consulturos esse Patriæ, ubi, quod antiquis moribus non repugnat, vivo Imperatore, de futuro semper dispiciant successore, electo Rege Romanorum, ut nempe evitentur interrogantium incommoda. Enim vero uti rationes politicæ hæctenus jussere, ut incorporata Germaniæ Territoria, caput aliquod, quod Imperatoris nomine honorarent, supra se paterentur; ita certæ Familiæ hæreditarium ut concederetur Jus aliquod, nulla hæctenus ratione induci potuere Ordines Imperii. Urat enim ab Alberti II. Imperatoris temporibus, ultra duo sæcula, non unam ob causam continuâ serie Principes ex domo Austriacâ oriundi solium Imperatorium occupaverint; notum tamea est, quod iidem in Capitulationibus abjuraverint omne Jus successorium, ita quidem, ut promitterent, se æquo animo passuros esse, ut vivis ipsis & invitis, eligeretur per Electores Rex Romanorum, id est, indubius in Imperio Successor. Alii etiam positi obices Familiæ Austriacæ, qui ipsam ab omni Juris ad Imperium hæreditarii spe arcerent. Eum enim in usum, Jus Imperatorum declarandi in bannum, conferendi feuda Imperii aperta, dandi Votum & sessionem in Comitibus &c cum cura fuit limitatum. Hæc ratione Status Imperii libertati suæ, cujus sunt studiosissimi, prospicere voluerunt. Alias in doctrinâ politicâ generali, pro regni hæreditarii præ electivo præstantia pronunciare soleo, ob minora, quæ illud regulariter sequi videmus, mala; at si Germaniam nostram considero, facile judico, non sine periculo, certæ Familiæ, quæcunque ea demum fuerit, plenum Jus hæreditarium concedi posse. Certè qui sanguinis ratione sceptrâ tenent, facili negotio, Jura quæ ipsis relicta, limitata, in absoluta vertent; abso utum autem in se exerceri regimen, Germanis Principibus intolerabile habetur. Quare modus ad Imperium Germanicum perveniendi, non nisi electivum hæctenus placere merito potuit.

Re-

Reges Romanorum interdum vivis Imperatoribus adjunctos novimus; neque tamen absoluta necessitatis alicujus legibus, ut scilicet interregnum incommodis via præcluderetur, factum id esse credi debet. Quemadmodum enim mos ille, legendi Reges Romanos, originem tuam magis debet affectui paterno Imperatorum, quo liberis &c. prospectum ivere, ita fortassis non sine ratione Saxonie Elector tempore Electionis Ferdinandi I monebat, Regis Romani constitutionem non sine habitatione Juris Electoralis introduci. Interregnum incommodis alia ratione obviam iri potest. Equidem fateor, in thesi, grave pro regnis successivis, & in hypothesi, pro introducendo in Imperium Germanicum jure hæreditario, saltem pro Electione Regis Romani argumentum esse, quod ab interregni malis quasi hæreditariis deponitur. Deploratur merito tristis ille & infelix status, qualis idem fuit in Germania tempore interregni magni. Enim vero attendi heic etiam merito debet, Jura Territorialia Ordinum Imperii firmata nondum fuisse seculo XIII; quod Electorum, quippe hoc nomine ignotorum, nulla fuit prerogativa præ aliis; quod Vicariatum ratio nondum ita solennis; quod Comitiorum, Judiciorum, nec non Circulorum Imperii habitus, illo ævo vel valde fuit incompositus, vel penitus lautus; quod ob deficientem pacem publicam, Papæque artes & vires, non potuit non interregnum illud per aliquot lustra infelicitissime protrahi. Si quæ vero post conflictum pacem publicam & religiosam, fundâ imprimis Osnabrugensî, quod Judiciorum, Comitiorum, Circulorumque Imperii ordinationem accuratorem, post firmatam Superioritatem Territorialem Statuum, & prerogativam Electorum, exorta interregna, eadem & minus deprehensa diuturna & minus periculosa. Vicarii Imperatores suas bene obeunt functiones, suorumque Jurium decentem usum faciunt, Exercent idem tempore interregni, Jura, quæ Imperator, si adesset, exerceret, paucissimis per A. B. exceptis. Atque uti Imperatori observantur certi modi agendi circa causas Protestantium & Catholicorum, ita & Vicarii juxta tenorem legum fundamentalium ad modum defuncto Imperatori quondam convenientem, heic agere solent; unde nihil refert, sive alter Vicariorum Religioni Catholicorum alter Protestantium adhareat, sive uterque addictus sit dogmatibus Protestantium, uti anno 1619. post obitum Imperatoris Matthiæ, sive uterque sacra colat Catholicorum, quale quid nunc fieri novimus. Repræsentant ambo Imperatorem totum, quantum, qualem, qui certe non dimidiam partem Catholicus, & iterum dimidiam partem Protestans fuit vel erit. Igitur modo electio perveniendi ad Imperium Germanicum, nequicquam obesse queunt interregnum, aliâ ferè solennia incommoda. Interim à morte Cæsaris cognita, quantum temporis rationes permittunt ad novam Electionem ab Electore Moguntino, quâ Decano Collegii Electoralis, (non vero à Capitulo Moguntino tempore sedis viduata,) intimandam preparari solet; quanquam interdum f. c. licet intimatione, ipsa tamen Electio non statim subsequatur. Sic post Ferdinandi III. mortem, quæ die 2. Aprilis 1657. contigit, convocatio Electorum facta die 4. Augusti ejusd. anni, Electio ipsa non nisi die 8. Julii 1658. confecta fuit. Integrum est semper Electoribus, ipsi præsentem esse veint ad Electionis actum, an per Legatum, libero quidem Voto, ad certam personam non restricto, instructum, compareant. Quæ tamen ratione gaudeant Electores Territoriali Superioritate, nec iustis ex causis, uti anno 1. 36. Trevirensis, & nunc Bavarus cum Colonienfî Electore, exclusi sint tercis suis. Caput Hæligant Imperii idoneum, juxta placita Legum Scriptarum vel saltem observantia. Idoneus vero habetur 1.) *mas*, per observantiam in regnis electivis solennem, 2.) Germanis parentibus natus, id quod à constitutione Ottonis III. pendere perperam creditur; nulla plane heic quid lex publica determinat, atque ille etiam pro Germano natione reputabitur, qui in Jus Civitatis Nationisque Germanicæ publicæ & ritè receptus; quin imo quicumque in Imperatorem Germanorum eligitur, ille eo ipso Jus Civitatis Germanicæ consequitur juxta illustrem Coccejum. 3.) Ætatis certum annum, uti nulla lex sancit, ita quæ tempore Capitulationis Josephi acta præsumtionem non plenam fidem faciunt, quod Electores annum 18. amerit. 4.) Laicus sit sive Clericus, per leges Imperii perinde fuerit, modo post imperatum Imperium valeat Ordinî Ecclesiastico, ut fiat caput temporale, quale A. B. desiderat. Neque obest

1574
Ve 3065 66

obeſt heic Clericis promiſſio, quã non niſi ſeculares Electores ante electionis actum pollicentur Capitulationis obſervantiam, ſi fors quis ex ipſis in Imperatorem eligatur. Non obeſt id, inquam, Clericis, ſufficit enim, quod nulla lege excluſi legantur à facultate tenendi ſceptra Germanica. 5.) Religionis ſit Rom. Catholicorum vel Proteſtantiſt un. Hos enim nulla iterum lex publ. rejicit, quin potius proſpexiſſe Proteſtantes juri ſuo, apparet ex art. i. Capitulationis. Quilibet Electorum ſuo ſeiſpſum voto, ſi lubet, nominat. atque ille demum, quem plura vota vocaverint, Imperator proclamatur. Pluralitas tamen valet, reſpectu habito ad totum Corpus collegii Electoralis, non vero ad certas ejus partes. Sic, ſi ex 7. Electoribus 2. eligantur Mevium, 2. Titium, 3. Sempronium, nullus obtinebit, ſed æque ac ſi vota fuerint paria, de novo vota exquiruntur, donec 4. hunc, 3. illum nominaverint; Pape heic nullum jus decidendi competit, quod tamen malè ſibi vindicat in *Capitulo Venerabil. X. de Electione*.

Dirigat nunc Numen Sanctum corda Septem Virorum, ut publica ſalutis memores, harmonica animorum conjunctione vocent ad Imperium Principem juſtum fortemque. Ardentioribus eo precibus id à Deo O. M. jam exoramus, quo majoribus difficultatibus anceps rerum ſtatus publ. involutus deprehenditur. Perplexa & intricata vivimus tempora, quorum rationes & ſcopum non niſi illi penetraverint, qui hiftoriarum patriarum notitiam accuratam, genuinæ politicæ principia ſolida, & Juris publici uſum cordatum gloriari poſſunt.

Curate igitur ſtudia illa, Comitones ſvaviſſimi; evolvite ſedulo hiftoriarum monumenta; dijudicate ſolidæ politicæ regulas, abjectis infulſis præjudiciis; Agnoſcite juriſm publ. habitum, ex vero repræſentatum. Sic denum interiora ſtatus publ. momenta detegere Vobis licebit. Navate operam! Offero ego Vobis, quicquid in uſum Veſtrum conferre valeo. Inſtruam meas lectiones æſtivales, craſtina Deo dante luce inchoandis, ſequentem in modum:

Hora 9. Ducebo *univerſum Syſtema Juris publici Germanici*, ad methodum celeberrimi *Boecleri*, quam ſervavit in *Notitia S. R. Imperii*.

Hora 3. Tradam *hiftoriam Germanicam* ad ductum *Conſultriſſimi Domini Langii*, ubi tamen ita me hac quidem vice geram, ut prætermiſiſ quæ ad jus publ. ſpectant, non niſi *hiftoriæ*, in *primis ſæculi 16. & 17. ſimulque Genealogiis* inheream.

Hora 4. Proponam doctrinam *Ethicam & Politicam Generalem* Rerum publicarum.

Hora undecima, diebus Mercurii & Saturni aperiã *collegium examinatorium Juris publici*, ut ſi quæ dubia per meas vel aliorum lectiones nata fuerint Dnis Auditoribus, eadem ſolvendi ſit locus. Inſerviet huic labori *examen juris publ.* à Celeberrimo *Domino Brunemann* editum. Benedicat Deus cœptis noſtris. Dab. Lipſ. ipſo Feſto Trinit. 1711.

LIPSIÆ,

Literis Jo. ANDR. ZSCHAV.

1078 M.C

Q. 156. (35)

III, 188



de Vicariatu S. R. J.

D. JOH. CHRIST.
SCHELLE
MORALIVM ET POLITICÆ P. P.
LECTIONES

SUAS
AESTIVALES
HUMANISSIME
INTIMAT.



X 300.2273

H. ...

